

## Oratio.

**D**A Ecclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, Sanctis Martyribus tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedentibus superbe non sápere, sed tibi plácita humilitate proficere: ut prava despicens, quæcumque recta sunt, liberá exerceat charitáte. Per Dóminum.

## DIE XVIII. JUNII.

SS. Marci & Marcelliani Martyr.  
Antiphona & V. in Vesperis & Laudibus, ut supra. 803.

## Oratio.

**P**resta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui Sanctorum Már-

tyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia cólimus, à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dóminum.

## DIE XIX. JUNII.

SS. Gervasii & Protasii Martyrum.  
Antiphona & Versus in Vesperis & Laudibus ut supra.

## Oratio.

**D**Eus, qui nos annuá Sanctorum Mártyrum tuorum Gervasii & Protasii solemnitate lætificas: concède propitius; ut quorum gaudemus méritis, accendámur exémpis. Per Dóminum nostrum.

# COMMUNE SANCTORUM.

## IN VIGILIA

## Apostolorum.

Officium fit de Feria, ut dictum est in Rubricis generalibus, exceptis Lectionibus, & Oratione, quæ in propriis locis notantur.

Ubi verò non sunt propriæ Lectiones, legitur Evangelium cum Homilia sequenti.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

## Lectio i.

Cap. 15. b

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut diléxi vos. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 27. in Evangelia.

**C**um cuncta sacra eloquia Dominici plena sint præceptis, quid est quod de dilectione, quasi de singulari mandato, Dominus dicit, Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem: nisi quia omne mandatum de sola dilectione est? & omnia unum præceptum sunt? quia quicquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt: sic multæ virtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis.

Responsoria de Feria pro tempore.

## Lectio ij.

**P**ræcepta ergo Dominica & multa sunt, & unum: multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectio tenenda sit, ipse insinuat, qui in plerisque Scripturæ suæ senten-

tiis, & amicos jubet diligere in se, & inimicos propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli, qui diligunt próximos, sed per affectum cognitionis & carnis: quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est quod sponte impenditur nature, aliud quod præceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiæ.

## Lectio iij.

**H**i nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur: quia amorem suum non spiritaliter, sed carnaliter impendunt. Proinde cum Dominus diceret: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem: protinus addidit, Sicut diléxi vos: ac si aperte dicat: Ad hoc amate, ad quod amavi vos. Qua in re, fratres charissimi, solèter inveniendum est, quod antiquus hostis, dum mentem nostram ad rerum temporalium dilectionem trahit, infirmiores contra nos proximum excitat, qui ea ipsa, quæ diligimus, auferre molitur.

## COMMUNE

Apostolorum & Evangelistarum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut diléxi vos.

## Psalmus 109.

**D**ixit Dóminus Dómino meo: \*  
Sede à dextris meis:  
Donec ponam inimicos tuos, \*  
scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dó-

mi

minus ex Sion: \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum: \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, \* confringit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: \* propeterea exaltabit caput.

**Antiphona.** Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

**Antiphona.** Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

**Psalmus 110.**

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: \* in consilio justorum, & congregatione.

Magna opera Domini: \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus: \* & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memoriam fecit mirabilem suorum, misericors & miserator Dominus: \* escam dedit timentibus se.

Memor erit in saeculum testamenti sui: \* virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

Ut det illis hereditatem gentium: \* opera manuum ejus veritas, & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in saeculum saeculi, \* facta in veritate & equitate.

Redemptionem misit populo suo: \* mandavit in aeternum testamentum suum.

Sanctum, & terribile nomen ejus: \* initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: \* laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

**Antiphona.** Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

**Antiphona.** Vos amici mei estis, si feceritis quae praecepto vobis, dicit Dominus.

**Psalmus 111.**

**B**eatus vir, qui timet Dominum: \* in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: \* generatio rectorum benedicetur.

Gloria, & divitiae in domo ejus: \* & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: \* misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponeat sermones suos in judicio: \* quia in aeternum non commovebitur.

In memoria aeterna erit justus: \* ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus: \* non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispexit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in saeculum saeculi, \* cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentes suis fremet & tabescet: \* desiderium peccatorum peribit.

**Antiphona.** Vos amici mei estis, si feceritis quae praecepto vobis, dicit Dominus.

**Antiphona.** Beati pacifici, beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

**Psalmus 112.**

**L**audate praeri Dominum: \* laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, \* ex hoc nunc, & usque in saeculum.

A

A solis ortu usque ad occiduum, \* laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, \* & super caelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, \* & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans a terra inopem, \* & de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: \* matrem filiorum letantem.

**Antiphona.** Beati pacifici, beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

**Antiphona.** In patientia vestra possidebitis animas vestras.

**Psalmus 116.**

**L**audate Dominum omnes Gentes: \* laudate eum omnes populi:

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: \* & veritas Domini manet in aeternum.

**Antiphona.** In patientia vestra possidebitis animas vestras.

**Capitulum.**

**F**ratres, Jam non estis hospites, & advena: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei: superaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

**R.** Deo gratias.

**Hymnus.**

**E**xultet orbis gaudiis: Coelum resolvet laudibus Apostolorum gloriam

Tellus & astra concinunt. Vos saeculorum iudices, Et vera mundi lumina, Votis precamur cordium, Audite voces supplicum.

Qui templa caeli clauditis, Serasque verbo solvitis, Nos a reatu noxios Solvi jubete, quosumus.

Praecepta quorum protinus Langor salisque sentiunt; Sanate mentes languidas:

Augete nos virtutibus: Ut cum redibit Arbiter In fine Christus saeculi, Nos semperiterni gaudii Concedat esse composites.

Patri, simulque Filio, Tibique sancte Spiritus, Sicut fuit, sit jugiter Saeculum per omne gloria.

Amen.

**V.** In omnem terram exivit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terra verba eorum.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante reges & praesides ducemini propter me in testimonium illis, & Gentibus.

**Oratio propria.** **Ad Matutinum, Invitatorium.** Regem Apostolorum Dominum, \* Venite, adoramus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 2.

**Hymnus.** **A**eterna Christi munera Apostolorum gloriam, Palmas & hymnos debitos Laetis canamus mentibus.

Ecclesiarum principes, Belli triumphales duces, Coelestis aulae milites, Et vera mundi lumina.

Devota Sanctorum fides, Invicta spes credentium, Perfecta Christi caritas, Mundi tyrannum conterit.

In his Paterna gloria, In his triumphat Filius, In his voluntas Spiritus, Coelum plepletur gaudio.

Patri, simulque Filio, Tibique sancte Spiritus, Sicut fuit, sit jugiter Saeculum per omne gloria. Amen.

Eee 4

In

In primo Nocturno, Antiphona. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

## Psalmus 18.

**C**eli enarrant glóriam Dei, & ópera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diéi cruciat verbum, \* & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquela, neque sermones, \* quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum: \* & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole pòsuit tabernaculum suum: \* & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currendam viam, \* à summo cælo egressio eius:

Et occursum eius usque ad summum eius: \* nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Dòmini immaculata convertens animas: \* testimónium Dòmini fidèle, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Dòmini rectæ, lætificantes corda: \* præceptum Dòmini lúcidum, illuminans oculos.

Timor Dòmini sanctus, pèrmanens in sæculum sæculi: \* iudicia Dòmini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: \* & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, \* in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: \* & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: \* & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut placeant elóquia oris mei: \* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dòmine adjátor meus, \* & redemptor meus.

Antiphona. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Antiphona. Clamaverunt justii, & Dòminus exaudivit eos.

## Psalmus 33.

**B**enedicam Dòminum in omni tempore: \* semper laus ejus in ore meo.

In Dòmino laudabitur ànima mea: \* audiant mansueti, & lætèntur.

Magnificatè Dòminum mecum: \* & exaltémus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dòminum, & exaudivit me: \* & ex ómnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accédite ad eum, & illuminamini: \* & facies vestræ non confundèntur.

Iste pauper clamavit, & Dòminus exaudivit eum: \* & de ómnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet àngelus Dòmini in circuitu tímèntium eum: \* & eripiet eos.

Gustate, & videte quóniam suavis est Dòminus: \* beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dòminum omnes sancti ejus: \* quóniam non est inopia tímèntibus eum.

Divites eguerunt & esurierunt: \* inquirentes autem Dòminum non minuèntur omni bono.

Venite filii, audite me: \* timòrem Dòmini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: \* diligit dies videre bonos?

Pròhibe linguam tuam à malo: \* & lãbia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: \* inquire pacem, & persèquere eam.

Oculi Dòmini super justos: \* & aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Dòmini super facientes mala: \* ut perdat de terra memoriã eorum.

Cal-

Clamaverunt justii, & Dòminus exaudivit eos: \* & ex ómnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dòminus iis, qui tribulato sunt corde: \* & humiles spirítu salvabit.

Multæ tribulationes justòrum: \* & de ómnibus his liberabit eos Dòminus.

Custodit Dòminus ómnia ossa eorum: \* unum ex his non conteretur.

Mors peccatòrum pessima: \* & qui odèrunt justum, delinquent.

Rèdimet Dòminus animas servòrum suòrum: \* & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Clamaverunt justii, & Dòminus exaudivit eos.

Antiphona. Constitues eos principes super omnem terram: mèmores erunt nòminis tui Dòmine.

## Psalmus 44.

**E**ructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ, \* velòciter scribèntis.

Speciosus formã præ filiis hòminum, diffusa est grãtia in lãbiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in ætèrnum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime,

Spécie tuã, & pulchritudine tuã \* intènde, prospère procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: \* & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pòpuli sub te cadent, \* in corda inimicòrum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: \* virga directiònis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus tuus oleo lætiæ præ consòrtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à ves-

timentis tuis, & dòmibus eburneis: \* ex quibus delectaverunt te filia regum in honore tuo.

Astiti regina à dextris tuis in vestitu deaurato: \* circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: \* & obliviscere pòpulum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: \* quóniam ipse est Dòminus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filia Tyri in munèribus \* vultum tuum desprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis glòria ejus filia regis ab intus, \* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducèntur regi virgines post eam: \* proxima ejus afferèntur tibi.

Afferèntur in lætia & exultatione: \* adducèntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: \* constitues eos principes super omnem terram.

Mèmores erunt nòminis tui \* in omni generatione & generationem.

Propterea pòpuli confitebuntur tibi in ætèrnum, \* & in sæculum sæculi.

Antiphona. Constitues eos principes super omnem terram: mèmores erunt nòminis tui Dòmine. **Y.** In omnem terram exiit sonus eorum.

**R.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Dòmine. **Y.** Jube domine. **Benedictio.** Benedictione perpètua.

Lectiones de Scriptura posite in Communi Sanctorum leguntur, quando annotatur in Proprio Sanctorum per annum, & quando contingit fieri Officium de aliquo Sancto illis diebus, in quibus in Officio Feria non ponuntur Lectiones de Scriptura, sed tantum de Homilia, & quando aliquod Festum solemniter celebratur in propria Ecclesia.

De

De Epistola prima beati Pauli  
Apostoli ad Corinthios.

**Lectio i.** *Cap. 4.*

**S**ic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.

**R.** Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus: **\* Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.** **V.** Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. **Estote. Benedictio. Unigenitus Dei Filius.**

**Lectio ij.**

**H**ec autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum insulerit pro alio. Quis enim te discerit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Jam saturatus estis, iam divites facti estis; sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Puto enim quod Deus non Apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

**R.** Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: **\* Jugum enim meum suave est, &**

onus meum leve. **V.** Et invenietis requiem animabus vestris. **Jugum. Benedictio. Spiritus sancti gratia.**

**Lectio iij.**

**N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur, & benedicimur: persecutiōnem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisema usque adhuc. Non ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

**R.** Dum steteritis ante reges & praesides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: **\* Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.** **V.** Non enim vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dabitur. Gloria Patri. Dabitur.

**In secundo Nocturno, Antiphona.** Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.

**Psalmus 46.**

**O**mnes Gentes plaudite manibus: **\* jubilate Deo in voce exultationis.** Quoniam Dominus excelsus, terribilis: **\* Rex magnus super omnem terram.**

Subjécit populos nobis: **\* & gentes sub pedibus nostris.**

Elégit nobis hereditatem suam: **\* spécie Jacob, quam dilexit.**

Ascendit Deus in iúbilo: **\* & Dominus in voce tubae.**

**Psál-**

**Psallite Deo nostro, psallite: \* psallite Regi nostro, psallite.**

**Quoniam Rex omnis terrae Deus: \* psallite sapienter.**

**Regnabit Deus super gentes: \* Deus sedet super sedem sanctam suam.**

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: **\* quoniam dñi fortes terrae vehementer elevati sunt.**

**Antiphona.** Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.

**Antiphona.** Dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum Dómine.

**Psalmus 60.**

**E**xaudi Deus deprecationem meam: **\* inténde orationi meae.** A finibus terrae ad te clamavi: **\* dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me.**

**R.** Duxisti me, quia factus es spes mea: **\* turris fortitudinis à facie inimici.**

Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula: **\* protégar in velamento alarum tuarum.**

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: **\* dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum.**

Dies super dies regis adjécit: **\* annos ejus usque in diem generationis & generationis.**

Permanet in aeternum in conspectu Dei: **\* misericordiam & veritatem ejus quis requiret?**

Sic psalmum dicam nómini tuo in saeculum saeculi: **\* ut reddam vota mea de die in diem.**

**Antiphona.** Dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum Dómine.

**Antiphona.** Annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt.

**Psalmus 63.**

**E**xaudi Deus orationem meam cum deprecor: **\* à timóre inimici eripe animam meam.**

Protexisti me à conventu malignantium: **\* à multitudine operantium iniquitatem.**

Quia exacerunt ut gladium linguas suas: **\* intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.**

Subito sagittabunt eum, & non timebunt: **\* firmaverunt sibi sermonem nequam.**

Narraverunt, ut absconderent láqueos, **\* dixerunt, quis vidébit eos? Scrutati sunt iniquitates, \* defecerunt scrutantes scrutatio.**

Accedet homo ad cor altum: **\* & exaltabitur Deus.**

Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum: **\* & infirmatae sunt contra eos lingue eorum.**

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: **\* & timuit omnis homo.**

Et annuntiaverunt opera Dei: **\* & facta ejus intellexerunt.**

Laetabitur justus in Dómino, & sperabit in eo, **\* & laudabuntur omnes recti corde.**

**Antiphona.** Annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt.

**V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nóminis tui Dómine. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Gregórii Papae.

*Homilia 30. in Evangelia, post médium.*

**Lectio iv.**

**S**criptum est: Spiritus Dómini ornávit caelos. Ornamenta enim caelorum sunt virtutes praedicationum. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: Alia datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanctorum in uno Spiritu, alii operatio virtutum

tum, alii propheta, alii discernio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei.

**V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium celum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

**Benedictio.** Christus perpetue.

**Lectio v.**

**Q**uot ergo sunt bona prædicationum, tot sunt ornamenta celorum. Hinc rursum scriptum est: Verbo Domini celi firmati sunt. Verbum enim Domini Filius est Patris. Sed eosdem celos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendatur operata, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur: Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Celorum ergo virtus de Spiritu sumpta est: quia mundi hujus potentatibus contraire non præsumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sancte Ecclesie ante adventum hujus Spiritus fuerint, scimus: & post adventum illius, cujus fortitudinis facti sint, conspicimus.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete & exultate. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

**Lectio vj.**

**C**erte iste ipse pastor Ecclesie, ad cujus sacratissimum corpus sedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negavit. Et pensandum, quia eum comprehensum Petrus negavit in terra, quem suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tante formidinis, qualis post adventum Spiritus existat, audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum, casus denuntiatur Apostolis, ne in nomine Jesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate respondet: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

**R.** Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes iussa principum, meruerunt premia eterna: \* Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modo, Gloria Patri. Modo.

**In tertio Nocturno, Antiphona.**

Exaltabuntur cornua justi, alleluia.

**Psalmus 74.**

**C**onfitebimur tibi Deus: \* confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: \* cum accipero tempus, ego justitias iudicabo.

Liquifaceta est terra, & omnes qui habitant in ea: \* ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: \* & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: \*

bus: \* quoniam Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat: \* quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen fax ejus non est exinclinata: \* bibent omnes peccatores terram.

Ego autem annuntiabo in seculum: \* cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: \* & exaltabuntur cornua justi.

**Antiphona.** Exaltabuntur cornua justi, alleluia.

**Antiphona.** Lux orta est justo, alleluia: rectis corde lætitia, alleluia.

**Psalmus 96.**

**D**ominus regnavit, exultet terra: \* lætentur insulae multae.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: \* justitia, & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, \* & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: \* vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: \* à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli iustitiam ejus: \* & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: \* & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: \* audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filia Judæ, \* propter iudicia tua Domine:

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: \* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: \* custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis corde lætitia.

Lætissimi justi in Domino: \* & confitemini memorie sanctificationis ejus.

**Antiphona.** Luxorta est justo, alleluia: rectis corde lætitia, alleluia.

**Antiphona.** Custodiabant testimonia ejus, & præcepta ejus, alleluia.

**Psalmus 98.**

**D**ominus regnavit, irascantur populi: \* qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus: \* & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: \* & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: \* iudicium & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus: \* quoniam sanctum est.

Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus: \* & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dominum, & ipse exaudivit eos: \* in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiabant testimonia ejus, \* & præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudivas eos: \* Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus: \* quoniam sanctus Dominus Deus noster.

**Antiphona.** Custodiabant testimonia ejus, & præcepta ejus, alleluia.

**V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum. Pater noster.

**Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 19. d.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. in *Matthæum*. Cap. 19.

**G**Randis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter: Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis dabis præmii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Non dixit: Qui reliquistis omnia: hoc enim & Crates fecit philosophus, & multi alii divitias contempserunt: sed, Qui secuti estis me: quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

**R.** Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suæ: \* Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ eorum. **C.** Calicem. **Benedictio.** Cujus, vel Quorum festum colimus.

Lectio viij.

**I**n regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ (quando & mortui de corruptione resurgent incorrupti) sedebitis & vos in solis iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israël: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. Et omnis qui relique-

rit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Locus iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem à patre suo, & matrem à filia, & nurum à socru: & inimici hominis, domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias & sæculi voluptates: isti centuplum recipient, & vitam æternam possidebunt.

**R.** Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: \* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt justitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

**E**X occasione hujus sententiæ quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes, tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam: non intelligentes, quod, si in cæteris digna sit repositio, in uxoribus appareat turpiter: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: quæ comparatione & merito sui ita erunt, quasi si parvo numero contentarius numerus comparatur.

Deinde dicitur Hymnus.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDÉS,

& per Horas, Antiphona.

**H**oc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. **Psalmus.** Dominus regnavit cum

cum reliquis. 14. **Antiphona.** Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. **Antiphona.** Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, dicit Dominus. Beati pacifici, beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. **Antiphona.** In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Capitulum.

**R.** Patres, Jam non estis hospites, & advenæ: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei: superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. **R.** Deo gratias.

Hymnus.

**E**xaltet orbis gaudibus: Cœlum resultat laudibus: Apostolorum gloriam Tellus & astra concinunt.

Vos sæculorum iudices, Et vera mundi lumina: Votis precamur cordium,

Audite voces supplicum. Qui templa cœli clauditis, Serasque verbo solvitis,

Nos à reatu noxios Solvi jubete, quaestumus.

Præcepta quorum protinus Languor salisque sentiunt: Sanate mentes languidas: Augete nos virtutibus:

Ut cum redibit Arbiter In fine Christus sæculi, Nos sempiterni gaudii Concedat esse cōpotes.

Patri, simulque Filio, Tibique sancte Spiritus, Sicut fuit, sit jugiter Sæculum per omne glória.

Amen.

**V.** Annuntiaverunt opera Dei.

**R.** Et facta ejus intellexerunt.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Vos qui reliquistis omnia, & secuti

estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Ad Tertiam, Antiphona.** Majorem charitatem. **Capitulum.** Fratres, Jam non estis, ut supra. **R.** br. In omnem terram, \* Exiit sonus eorum. In omnem. **V.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiit. Glória Patri. In omnem. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Vos amici mei estis.

Capitulum.

**P**er manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe.

**R.** breve. Constitues eos principes \* Super omnem terram. Constitues. **V.** Mémores erunt nominis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constitues. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

**Ad Nonam, Antiphona.**

In patientia vestra.

Capitulum.

**I**bant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumelliam pati.

**R.** br. Nimis honorati sunt \* Amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Glória Patri. Nimis. **V.** Annuntiaverunt opera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Antiphona.

Juravit Dominus, & non pœnitēbit eum: Tu es sacerdos in æternum.

Psalmus 109.

**D**ixit Dominus Dómino meo: \* Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dómi-

minis ex Sion : \* dominare in médio inimicorum tuorum.

Tecum principibus in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitabit eum : \* Tu es sacerdos in ætænum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, \* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implébit ruinas : \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propitérea exaltabit caput.

**Antiphona.** Juravit Dominus, & non poenitabit eum : Tu es sacerdos in ætænum.

**Antiphona.** Cólloce eum Dómino cum principibus pópli sui.

**Psalms 112.**

**L**audate pueri Dóminum : \* laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudabile nomen Dómini.

Excelsus super omnes Gentes Dóminus : \* & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, \* & humilia respicit in cælo & in terra ?

Suscitans à terra inopem, \* & de stercore erigens páuperem :

Ut cólloce eum cum principibus, \* cum principibus pópli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum lætæntem.

**Añs.** Cólloce eum Dóminus cum principibus pópli sui.

**Añs.** Dirupisti Dómine vincula mea : tibi sacrificábo hostiam laudis.

**Psalms 115.**

**C**redidi, propter quod locútus sum : \* ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : \* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, \* pro ómnibus, quæ retribuit mihi ?

Cálicem salutaris accípiam : \* & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni populo ejus : \* pretiosa in conspectu Dómini mors sanctorum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus : \* ego servus tuus, & filius ancille tuæ.

Dirupisti vincula mea : \* tibi sacrificábo hostiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópli ejus : \* in átriis domus Dómini, in médio tui Jérusalem.

**Añs.** Dirupisti Dómine vincula mea : tibi sacrificábo hostiam laudis.

**Añs.** Eúntes ibant & flebant, mitténtes sémína sua.

**Psalms 125.**

**I**n converténdo Dóminus captivitatem Sion : \* facti sumus sicut consolati :

Tunc replétum est gáudio os nostrum : \* & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes : \* Magnificávit Dóminus facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum : \* facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitatem nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis, \* in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, \* mitténtes sémína sua.

Veniéntes autem venient cum exultatióne, \* portántes manipulos suos.

**Añs.** Eúntes ibant & flebant, mitténtes sémína sua.

**Añs.** Confortatus est principátus eorum, & honorati sunt amici tui Deus.

**Psalms 126.**

**D**omine probásti me, & cognovisti me : \* tu cognovisti sessiõnem

meam, & resurrectiõnem meam.

Intellexisti cogitatiõnes meas de longè : \* sémitam meam, & funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidisti : \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovisti omnia novíssima, & antiqua : \* tu formásti me, & possuisti super me manum tuam.

Mirabilia facta est sciéntia tua ex me : \* confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spírítu tuo ? \* & quò à facie tua fugiam ?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : \* si descéndero in infèrnum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo, \* & habitávero in extrémis maris :

Etenim illic manus tua deducet me : \* & tenébit me dextera tua.

Et dixi : Fórsitan ténébræ conculcábunt me : \* & nox illuminatió mea in deliciis meis.

Quia ténébræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminabitur : \* sicut ténébræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : \* suscepsi me de útero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificátus es : \* mirabilia ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecisti in occulto : \* & substántia mea in inferióribus terra.

Imperfectum meum vidérunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribéntur : \* dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sùnt amici tui, Deus : \* nimis confortatus est principátus eorum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur : \* exurréxi, & adhuc sum tecum.

**Part. Hyemalis.**

Si occideris Deus peccatóres : \* viri sanguinum declínate à me.

Quia dicitis in cogitatióne : \* accipiet in vanitate civitates tuas.

Nonné qui odérunt te Dómine, óderam : \* & super inimicos tuos tabescébam ?

Perfècto ódio óderam illos : \* & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum : \* intérroga me, & cognóscite sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : \* & deduc me in via æterna.

**Antiphona.** Confortatus est principátus eorum, & honorati sunt amici tui Deus.

**Capitulum.** *Ephes. 2. d.*

**R**atres, Jam non estis hóspites, & advæne : sed estis cives sanctorum, & doméstici Dei : superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

**Hymnus.** Exultat orbis gaudiis. *xj.*

**V.** Annuntiáverunt ópera Dei.

**R.** Et facta ejus intellexerunt.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Estote fortes in bello, & pugnáte cum antiquo serpente : & accipietis regnum ætænum, alléluia.

**Añs.** Lectiões pro Apostolis in secundo Nocturno.

**De Expositione Sancti Augustini** Episcopi super Psalmum octogésimum sextum.

**Ante medium.**

**Lectio iv.**

**F**undamenta ejus in montibus sanctis : diligit Dóminus portas Sion. Quare sunt fundamenta Apostoli & Prophète ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ ? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis : & cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim janua. Et cum dicuntur duo-

**Fff** de-

decim portæ Jérusalem, & una porta Christus, & duodecim portæ Christus, quia in duodecim portis Christus: & ideo duodenarius numerus Apostolorum. Sacramentum magnum hujus duodenarii significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël.

**R.** Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium caelum, voce magnâ clamantem, & dicentem. Isti sunt viri sancti.

## Lectio v.

**S**I duodecim sellæ ibi sunt, non est ubi sedeat tertius decimus Paulus Apostolus, & non erit quomodo judicet: & ipse se judicatum dixit, non homines tantum, sed & angelos. Quos angelos, nisi apertatas angelos? Nescitis, inquit, quia angelos judicabimus? Respondet ergo turba: Quid te iactas judicatum? Ubi sedebis? Duodecim sedes dixit Dominus duodecim Apostolos: unus cecidit Judas, in locum ipsius Sanctus Mathias ordinatus est: impletus est duodenarius numerus sedium. Primo locum inveni, ubi sedes, & sic te minare judicatum. Duodecim ergo sedes quid sibi velint, videamus. Sacramentum est cuiusdam universitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Ecclesiâ: unde vocatur hoc ædificium ad Christi compagem.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines,

& cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

## Lectio vi.

**E**T ideo quia undique venit ad judicandum, duodecim sedes sunt: sicut quia undique intratur in illam civitatem, duodecim portæ sunt. Non solum ego illi duodecim, & Apostolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt, propter significationem universitatis ad sedes duodecim pertinent: quemadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt. Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies. Istæ quatuor partes assidue nominantur in Scripturis. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, à quatuor ventis se collecturum electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesiâ. Quomodo vocatur? Undique in Trinitate vocatur. Non vocatur nisi per baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inveniuntur.

**R.** Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt præmia aeterna: \* Modò coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur.

## PRO EVANGELISTIS

## Lectioes.

## In primo Nocturno.

Incipit liber Ezechielis Prophætæ.

**Lectio i.**  
**E**T factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio capitorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt caeli, & vidi visiones Dei. In quin-

quinta mensis, ipse est annus quintus transmirationis regis Joachim, factum est verbum Domini ad Ezechielum filium Buzi sacerdotem in terra Chaldaeorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.

**R.** Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus: \* Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. **V.** Dum lucem habetis, erдите in lucem, ut filii lucis sitis. Estote.

## Lectio ij.

**E**T in medio ejus similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Pedes eorum pedes recti, & planta pedes eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus aris candentis. Et manus hominis sub penis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non revertentur cum incederent: sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

**R.** Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: \* Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. **V.** Et invenietis requiem animabus vestris. Jugum.

## Lectio iij.

**S**imilitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor; facies autem bovis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Facies eorum, &

pennæ eorum extantæ desuper: duæ pennæ singulorum jungentur, & duæ tegentur corpora eorum: & unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertentur cum ambularent.

**R.** Dum steteritis ante reges & praesides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: \* Dabitur enim vobis in illa hora, sicut loquamini. **V.** Non enim vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dabitur. Gloria Patri. Dabitur.

## In secundo Nocturno.

De Expositione S. Gregorii Papæ super Ezechielum Prophætam.

## Homilia 3. lib. 1.

## Lectio iv.

**S**ancta quatuor animalia, quæ prophetiæ spiritu futura prævidentur, subtili narratione describuntur, cum dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Quid per faciem nisi notitia: & quid per pennas, nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unumquodque cognoscitur: per pennas vero in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinent, penna ad contemplationem. Per fidem namque ad omnipotentem Deo cognoscimur, sicut ipse de suis óvibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem verò, qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aëra levamur. **R.** Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium caelum, voce magnâ clamantem, & dicentem. Isti sunt.



## Lectio v.

**Q**uatuor ergo facies uni sunt: quia si requiras quid Mattheus de Incarnatione Dómini sentiat; hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas, & Joannes. Si quæras quid Joannes sentiat, hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, & Mattheus. Si quæras quid Marcus; hoc quod Mattheus, Joannes & Lucas. Si quæras quid Lucas; hoc quod Joannes, Mattheus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt: quia notitia fidei, quæ cognoscuntur a Deo, ipsa est in uno, quæ est simul in quatuor. Quidquid enim in uno invenieris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces.

**R.** Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: **V.** Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.

**V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

## Lectio vj.

**E**T quatuor pennæ uni: quia Dei omnipotentis Filium Dóminum nostrum Jesum Christum simul omnes concórditer predicant: & ad divinitatem ejus mentis óculos levantés, pennæ contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Dómini pertinet, penna ad divinitatem: quia in eum, quem corpóreum aspiciunt, quasi facies inténdunt: sed dum hunc esse incircumscripsum atque incorpóreum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aëra levantur. Quia itaque una est fides Incarnationis ejus in

omnibus, & par contemplatio divinitatis ejus in singulis, recè nunc dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni.

**R.** Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui continent jussa principum, meruerunt præmia aeterna: **V.** Modò coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui vènerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur. Glória Patri. Modò coronantur.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**n illo tempore: Designavit Dóminus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 17. in Evangelia.

**D**ominus & Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando verò operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus præcepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit: quia duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor & proximi: & minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

**R.** Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: **V.** Calicem Dómini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exiit sonus eorum, & in

COMMUNE  
Apostolorum & Evangelistarum  
tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiphona. Sancti tui, cum reliquis de Laudibus. **xxij.** Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum & Evangelistarum. 1.

Capitulum.

Sap. 5.

**S**tabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiarerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Hymnus.

**T**ristes erant Apostoli  
De Christi acerbò finire,  
Quem morte crudelissima  
Servi necarant impij.  
Sermòne verax Angelus  
Mulleribus prædixerat:  
Mox ore Christus gaudium  
Gregi feret fidelium.

Ad Anxios Apostolos  
Currunt statim dum nuntia,  
Illa micantis óbvia  
Christi tenent vestigia.  
Galilæa ad alta montium  
Se conferunt Apostoli,  
Jesùque, voti compotes,  
Almo beantur lumine.

Ut sis perenne mentibus  
Paschale Jesu gaudium,  
A morte dira crinum  
Vita renator libera.

Deo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclito,  
In sempiterna sæcula,  
Amen.

**V.** Sancti & justi in Dómino gaudete, alleluia. **R.** Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, & æternitas temporum; alleluia.

in fines orbis terre verba eorum.  
Calicem Dómini.

## Lectio viij.

**E**cce enim binos ad prædicandum discipulos Dóminus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat, cuius qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dóminus sequitur: quia prædicatio prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dóminus venit, quando verba exhortationis præcurrunt: atque per hoc veritas in mente suscipitur.

**R.** Isti sunt viri sancti, quos elegit Dóminus in charitate non ficta, & dedit illis glóriam sempiternam: **V.** Quorum doctrinam fulget Ecclesiá, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicérunt regna, operati sunt justitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

## Lectio ix.

**H**inc namque eidem prædicatores Isaias dicit: Parate viam Dómini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filius Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dóminus ascendit: quia undè in passione occubuit, inde majorem suam glóriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit, quia mortem quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos ejus glóriam vestris mentibus prædicamus, ut eas & ipse post veniens per amoris sui presentiam illustret.

Te Deum laudamus. 13.

Oratio conveniens.

Ad Marulinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dóminum,  
 Veníte, adorémus, alleluia, **Psalmus.**  
 Veníte, exultémus. **r. Hymnus.**  
 Tristes erant Apostoli. ut  
 supra. xvij.

In primo Nocturno. Antiphona.  
 Stabant justi in magna constantia  
 adversus eos, qui se angustiaverunt,  
 alleluia.

**Psalmus 18.**

**C**eli enarrant gloriam Dei, \*  
 & ópera mánuum ejus annuntiat  
 firmamentum.

Dies diéi eructat verbum, \* &  
 nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquútæ, neque sermó-  
 nes, \* quorum non audiantur vo-  
 ces eórum.

In omnem terram exiit sonus eó-  
 rum: \* & in fines orbis terræ verba  
 eórum.

In sole pósuit tabernáculum  
 suum: \* & ipse tamquam sponsus  
 procedens de thalamo suo:

Exultávit ut gígas ad curréndam  
 viam, \* à summo celo egressio  
 ejus:

Et occúrsus ejus usque ad sum-  
 mum ejus: \* nec est qui se abs-  
 condat à calore ejus.

Lex Dómini immaculata conver-  
 tens ánimas: \* testimónium Dómini  
 fídele, sapientiam prestans parvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, latifican-  
 tes corda: \* præceptum Dómini lu-  
 cidum, illuminans oculos.

Timor Dómini sanctus, permanens  
 in sæculum sæculi: \* iudicia Dómi-  
 ni vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapi-  
 dem pretiosum multum: \* & dulciora  
 supra mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, \* in  
 custodiéndis illis retribuit multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis

meis munda me: \* & ab aliénis parce  
 servo tuo.

Si mei non fuerint domináti, tunc  
 immaculátus ero: \* & emundabor à  
 delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia  
 oris mei: \* & meditatio cordis mei  
 in conspectu tuo semper.

Dómine adjutor meus, \* & re-  
 demptor meus.

**Psalmus 33.**

**B**enedicam Dóminum in omni  
 tempore: \* semper laus ejus in  
 ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: \*  
 audiant mansueti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum: \*  
 & exaltémus nomen ejus in id-  
 ipsum.

Exquisivi Dóminum, & exaudivit  
 me: \* & ex ómnibus tribulatióni-  
 bus meis eripuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: \*  
 & facies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus  
 exaudivit eum: \* & de ómnibus  
 tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in cir-  
 cuitu timéntium eum: \* & eripiet  
 eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suávis  
 est Dóminus: \* beatus vir, qui  
 sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti  
 ejus: \* quóniam non est inópia tim-  
 éntibus eum.

Divites eguérunt & esuriérunt: \*  
 inquiréntes autem Dóminum non  
 minúentur omni bono.

Veníte filii, audite me: \* timórem  
 Dómini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: \*  
 diligit dies vidére bonos?

Prohíbe linguam tuam à malo: \*  
 & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: \*  
 inquire pacem, & perséquare eam.

Ocu-

Oculi Dómini super justos: \* &  
 aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super fa-  
 ciéntes mala: \* ut perdat de terra  
 memóriam eórum.

Clamáverunt justí, & Dóminus  
 exaudivit eos: \* & ex ómnibus tri-  
 bulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribu-  
 láto sunt corde: \* & humiles spiri-  
 tu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum: \* &  
 de ómnibus his liberábit eos Dó-  
 minus.

Constitút Dóminus omnia ossa eó-  
 rum: \* unum ex his non conterétur.  
 Mors peccatórum pessima: \* & qui  
 odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum  
 suórum: \* & non delinquent  
 omnes qui sperant in eo.

**Psalmus 44.**

**E**ructávit cor meum verbum  
 bonum: \* dico ego ópera mea  
 regi.

Lingua mea cálamus scribæ, \* ve-  
 léciter scribéntis.

Speciosus formæ præ filiis hómi-  
 num, diffusa est gratia in lábiis  
 tuis: \* propterea benedixit te Deus  
 in ætérnum.

Accingere gládio tuo super femur  
 tuum, \* potentissime.

Spécie tuá & pulchritudine tuá \*  
 inténde, prospere procéde, & regna.

Propter veritátem, & mansuetudi-  
 nem, & justitiam: \* & deducet te mi-  
 rabíliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te  
 cadent, \* in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: \*  
 virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniqui-  
 tatem: \* propterea unxit te Deus  
 Deus tuus oleo lætitiæ præ consór-  
 tibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à ves-

timéntis tuis, à dómibus ebúrneis: \*  
 ex quibus delectáverunt te filia re-  
 gum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vesti-  
 tu deaurato: \* circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina au-  
 rem tuam: \* & obliviscere pópulum  
 tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem  
 tuum: \* quóniam ipse est Dóminus  
 Deus tuus, & adorábit eum.

Et filia Týri in muneribus \* vul-  
 tum tuum deprecabúntur: omnes  
 divites plebis.

Omnis gloria ejus filia regis ab  
 intus, \* in fimbriis aureis circum-  
 amicta varietatibus.

Adducént regi vírgines post  
 eam: \* proxima ejus afferént tibi.

Afferéntur in lætitiá & exultatió-  
 ne: \* adducéntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi fi-  
 lli: \* constitues eos principes super  
 omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in  
 omni generatióne & generatióne.

Propterea pópuli constebúntur tibi  
 in ætérnum, \* & in sæculum sæ-  
 culi.

Antiphona. Stabant justi in magna  
 constantia adversus eos, qui se an-  
 gustiáverunt, alleluia. **V.** Sancti &  
 justi in Dómino gaudent, alleluia.

**R.** Vos elegit Deus in hereditatem  
 sibi, alleluia. Pater noster. **Abso-  
 lutio.** Exaudi Dómine. **V.** Jube  
 domne. **Benedictio.** Benedictiõnis  
 perpétua.

Lectiones in quolibet Nocturno,  
 ut in Proprio annotatur.

**R. i.** Beatus vir qui méruit Dómi-  
 num, alleluia. \* In mandátis ejus  
 cupit nimis, alleluia, alleluia, alle-  
 luia. **V.** Glória & divitiæ in domo  
 ejus: & justitia ejus manet in sæcu-  
 lum sæculi. In mandátis. **Bene-  
 dictio.** Unigénitus Dei Filius.

**R. ii.** Tristitia vestra, alleluia.

Eff 4

• Convertetur in gaudium, alleluia, alleluia. **V.** Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Convertetur. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

**R. iij.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia, \* Mors Sanctorum ejus, alleluia. **V.** Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Mors Sanctorum. Gloria Patri. Mors Sanctorum.

**In secundo Nocturno, Antiphona.** Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, alleluia.

**Psalmus 46.**

**O** mnes Gentes plaudite manibus: \* jubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: \* Rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis: \* & gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem suam: \* speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in júbilo: \* & Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite: \* psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus: \* psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes: \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: \* quoniam domini dii fortes terræ vehementer elevati sunt.

**Psalmus 60.**

**E** xaudi Deus deprecationem meam: \* intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamavi: \* dum anxiarer cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes

mea: \* turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: \* proteger in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: \* dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies: \* annos ejus usque in diem generationis & generationis.

Permanet in ætérnum in conspectu Dei: \* misericórdiam & veritatem ejus quis requiret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: \* ut reddam vota mea de die in diem.

**Psalmus 63.**

**E** xaudi Deus orationem meam cum deprecor: \* à timóre inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: \* à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacerunt ut gladium linguas suas: \* intendérunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum.

Subitò sagittábunt eum, & non timebunt: \* firmavérunt sibi sermóne nequam.

Narravérunt, ut absconderent láqueos, \* dixerunt: quis videbit eos?

Scrutáti sunt iniquitates, \* detecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: \* & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: \* & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: \* & timuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei: \* & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo, \* & laudabúntur omnes recti corde.

AN-

**Antiphona.** Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, alleluia.

**V.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, alleluia. **R.** Et æternitas temporum, alleluia. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas.

**V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

**R. iv.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, \* Et æternitas temporum, alleluia, alleluia. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et æternitas. **Benedictio.** Christus perpétua.

**R. v.** Virtute magna reddébant Apóstoli \* Testimónium resurrectionis Jesu Christi Dómini nostri, alleluia, alleluia. **V.** Repléti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Testimónium. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

**R. vi.** Isti sunt agni novelli, qui annuntiavérunt, alleluia: modo venérunt ad fontes, \* Repléti sunt claritate, alleluia, alleluia. **V.** In conspectu Agni amici sunt stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Repléti sunt. Gloria Patri. Repléti sunt.

**In tertio Nocturno, Antiphona.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, & æternitas temporum, alleluia.

**Psalmus 74.**

**C** onfirébitur tibi Deus: \* confitebimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabilia tua: \* cum accépero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: \* ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniqui: Nolite iniquè age-

re: \* & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desértis montibus: \* quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: \* quia calix in manu Dómini vini meri plenus mistic.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verúntamen fax ejus non est exinata: \* bibent omnes peccatores terram.

Ego autem annuntiabo in sæculum: \* cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: \* & exaltabúntur cornua justi.

**Psalmus 96.**

**D** ominus regnavit, exiit terra: \* lætatur insula multa.

Nubes, & caligo in circuitu sedis justitiae, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, \* & inflammábit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt fulgura ejus orbi terræ: \* vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini: \* à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justitiam ejus: \* & viderunt omnes populi glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adorant sculpilla: \* & qui gloriántur in simulariis suis.

Adorate cum omnes Angeli ejus: \* audit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filiae Judæ, \* propter judicia tua Dómine: Quoniam tu Dóminus altissimus super omnes terram: \* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: \* custodit Dóminus animas sanc-

sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.

Lætissimi justi in Domino: & continentissimi memorie sanctificationis ejus.

**Psalmus 98.**

**D**ominus regnavit, irascantur populi: qui sedet super Chéribim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: quod iudicium & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus: quoniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdotibus ejus: & Samuël inter eos, qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dominum, & ipse exaudivat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiabant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudivas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

**Antiphona.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia. **V.** Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluia.

**R.** Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluia. Pater noster. **Ab-solutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lætio.

**R. vj.** Ego sum vitis vera, & vos palmites: Qui manet in me, &

ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, alleluia. **V.** Sicut dixit me Pater, & ego dilexi vos. Qui manet. **Benedictio.** Cujus vcl Quorum festum colimus.

**R. viij.** Candidi facti sunt Nazaraei ejus, alleluia: splendorem Deo dederunt, alleluia: Et sicut lac coagulati sunt, alleluia, alleluia. **V.** Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphro pulchriores. Et sicut. Glória Patri. Et sicut. **Benedictio.** Ad societatem.

**AD LAUDES,**

**& per Horas, Antiphona.**

**S**ancti tui Domine floréunt sicut lilium, alleluia: & sicut odor balsami erunt ante te, alleluia. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 14. **Añ.** In cœlestibus regnis Sanctorum habitatio est, alleluia: & in ætérnum requies eorum alleluia. **Añ.** In velamento clamabant Sancti tui Domine, alleluia, alleluia, alleluia. **Añ.** Spiritus & anime justorum hymnum dicite Deo nostro, alleluia, alleluia.

**Antiphona.** Fulgébunt justi sicut sol in conspectu Dei, alleluia.

**Capitulum.** *Sap. 5.*

**S**tabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiarerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

**Hymnus.**

**P**aschale mundo gaudium Sol nuntiat formosior, Cum luce fulgentem novâ Jesum videt Apostoli.

In carne Christi vulnata Micare tamquam sidera Mirantur, & quidquid vident Testes fideles prædicant.

Rex Christe clementissime, Tu corda nostra posside;

Ut

Ut lingua grates débitas Tuo repéndat nómini.

Ut sis perpénne méntibus Paschale Jesu gaudium, A morte dira criminum Vitæ renatos libera.

Deo Patri sit glória, Et Filio, qui à mortuis Surrexit, ac Paráclito.

In sempiterna sæcula. Amen.

**V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **R.** Mors Sanctorum ejus, alleluia.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Filia Jérusalem, venite & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die solemnitatis & lætitiæ, alleluia, alleluia.

**Ad Tertiam, Antiphona.** In cœlestibus regnis. **Capitulum.** Stabunt justi. *ut supra.* xxij.

**R. br.** Sancti & justi in Domino gaudete, Alleluia, alleluia. Sancti & justi. **V.** Vos elegit Deus in hæreditatem sibi. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Sancti. **V.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Domine, alleluia. **R.** Et æternitas temporum, alleluia.

**Ad Sextam, Antiphona.**

In velamento. **Capitulum.** *Sap. 5.*

**E**cce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.

**R. br.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Domine, Alleluia, alleluia. Lux perpétua. **V.** Et æternitas temporum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Lux perpétua. **V.** Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluia. **R.** Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluia.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Fulgébunt justi. **Capitulum.** *Rom. 8. c*

**S**imus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in

bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

**R. br.** Lætitia sempiterna super capita eorum, Alleluia, alleluia. Lætitia. **V.** Gaudium & exultationem obtinebunt. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Lætitia. **V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

**R.** Mors Sanctorum ejus, alleluia.

**Ad Vesperas, Antiphona.** Sancti tui, cum reliquis de Laudibus. xxij.

**Psalmi.** Dixit Dominus, Laudate pueri, Crédi, In convertendo. Domine probasti, *ut supra.* xj.

**Capitulum.** Stabunt justi: **Hymnus.** Tristes erant Apostoli. xvij.

**V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **R.** Mors Sanctorum ejus, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.** Sancti & justi in Domino gaudete, alleluia: vos elegit Deus in hæreditatem sibi, alleluia.

**COMMUNE**

**unius Martyris extra tempus Paschale.**

**Ad Vesperas, Antiphona.** Qui me confessus fuerit, cum reliquis de Laudibus. xxxj. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis *ut in Comuni Apostolorum.* j.

**Capitulum.** *Jacobi 1. b*

**B**eatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se.

**Hymnus.**

**D**eus tuorum militum Sors, & corona, præmium, Laudes canentes Martyris, Absolve nexu criminis.

Hic nempè mundi gaudia, Et blanda fraudum pabula Imbata felle deputans, Pervenit ad cœlestia.